testaciey y wyrzopositiey opisała, trzecia strona po:
wodował do assecuratiey odieżdżaiących z Trybunału
nienależała, bo w grodzie podpiskiem był pan Konar:
ski, trogi inszey niemiał, tylko z gospody do go:
spody trybunalski otbieżała. Czwarta że urzędom
grodzkim dana iest moc sądowa oyczyzny tylko pod rokami po:
pełnioną zdania roku a nie z podwoiow, czego wszytkie
go uznanie wedle prawa dawnego, y nowey Con:
stitutiey sądowy, y urzędowi grodzkiemu nienależy
ukazuiąc z protestaciey samego actora, y z prawa
pospolitego, że ratio tego, do utwierdzenia forum
tego sądu miejsca niemiało, y stąd prosi wolności
od władzy urzędowy iako nienależny y od roku tera:
źnieyszego.

Verum actor reproductis in medium judicii praesentibus Consti:
tucionibus tam Comitiorum proxime praeteritorum anni
Millesimi sexcentesimi undecimi quam et anni Millesimi
quingentesimi nonagesimi octavi securitatis Palatina:
tuum Masoviae et Raven. Plocen. quae ea Constitucione
anni Millesimi sexcentesimi undecimi in toto est reasumpta
docuit et satis lucide comprobavit, Cittatum forum Co:
ram judicio praesenti habere. Hae enim Constitutiones di:
ctant, quemlibet hominem cuiuscunque conditionis et prae:
eminentiae praesertim impossessionatum, etiam civiliter ratione
cuiuslibet iniuriae cuiuis in Civitate illatae incul:
patum coram judicio Castrensi tacto termino respondere
teneri. quod si vero excessivus ante datum sibi termi:
num discessisset ex tunc per Cittationem Realem ad judicium
attrahi processumque Tribunalium eo in passu obser:
vari debere. Quoniam itaque idem Cittatus (qui
statim post Crimen patratum discessit) per Cittationem
literalem iuxta praedictas Constitutiones ad judicium
praesens est attractus, pro poenis legum ex violatione
praedicti actoris, et violatae pacis publicae
securitatibusque judiciorum Tribunalitiorum (post
quorum absolucionem trium hebdomadarum securi:
tas cauta est) succumbitis merito forum judicii
praesentis pati tenetur reservatis reservandis.
Et quia Warcium praesentibus Capit. Castren. Lublinen. Controversiis
partium stetisse per se personaliter Cittatae aatenter

Nobilem

Nicolaum Laskowskij plenipotentem suum coram se fa-
cti[illegible], bene intellectis diligenterque exauditis, forum
competens esse adinvenit et cittato ulterius procedere
decrevit.
Quam sententiam et decretum praedicta pars cittata pro iu-
re non suscepit, nec in eodem acquiescere voluit verum
ab eo et cum eodem Magnificum Joannem Firlej a Dambro-
wica Capitaneum Lublinen. ad judicia ordinaria Gralia
tribunalia Regni Petricoviae proxime cellebranda
per Ministerialem Gralem Regni Nobilem Joannem Tale-
[illegible] movit seu appellavit terminum ipsi senten-
tiae expurgandae sibi vero et parti Mocionis et cau-
sae prosequendae, inter causas conservatas Petri-
coviae in duabus septimanis vigore constitucionis
Conitiorum proxime praeteritorum praefigendo.
Quam Motionem judicium praesens parti cittatae ad-
misit, terminum partibus modo praemisso inter cau-
sas conservatas Petricoviae conservando.

Inter eundem et Grabi onka Appellō.

Proposuit iudicialiter coram praesenti Capitaneali
Castren. Lublinen. judicio Gnosus Stanislaus Konarskij
actor, cum instigatore officij seu judicii praesentis
contra infranominatum cittatum iuxta copiam cit-
tacionis suae literalis tenoris talis.
Joannes Firlej a Dambrowica Lublinen. Capitaneus
Tibi nobili Joanni Grabionka de persona ac rebus
nobilibus uti impossionato quoniam de possone tua nul-
libi constat. Vigore Regiae et nostra Capitaneali qua
in hac parte fungimur authoritate, mandamus
ut coram judicio nro Capitaneali Castri Lublinen.
in terminis judicialibus in Castro Lublinen. fe-
ria secunda post festum Sancti Mathaei proxime
ventura cellebrandis vel in deffectum quibus

post